

Et introibo ad altare Dei: * ad Deum, qui iustificat iuventutem meam.

Confitebor tibi in cithara. Deus Deus meus: * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Salutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Ad te de luce vigilo Deus. **Psalmus.** Deus Deus meus * ad te, ut supra. 13.

Antiphona. Cunctis diebus. **Canticum Zacharie.**

Isaie 38. b

EGo dixi: In dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

Quasi residuum annorum meorum: * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, * & habitorem quietis.

Generatio mea ablata est, & convoluta est a me: * quasi tabernaculum pastorum:

Præcisæ est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordiret, succidit me: * de mane usque ad vespeream finies me.

Sperabam usque ad manè, * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea:

De mane usque ad vespeream finies me: * sicut pulvis hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, * suscipientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me. * Quid dicam, aut quid respondèbit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine anime mee.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem erulisti animam meam ut non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: * per filios notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo Domini.

Antiphona. Cunctis diebus vite nostre salvos nos fac Domine.

Antiphona. Omnes Angeli ejus laudate Dominum de cælis.

Psalmus. Laudate Dominum de cælis. 16.

Capitulum.

Rom. 13. d

Nox præcessit, dies autem ergo propinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulamus.

Hymnus.

Ales diei nuntius
Lucem propinquam præcinit,
Nos excitator mentium
Jam Christus ad vitam vocat.

Auferre, clamat, lectulos,
Ægro sopore desides:

Castique, recti, ac sobrii
Vigilate: jam sum proximus.

Jesum clamus vocibus,
Flentes, precantes, sobrii:

Intenta supplicatio
Dormire cor mundum vetat.

Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,

Tu solve peccatum vetus,
Novumque lumen ingere.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Repleti sumus manè misericordia tua. **R.** Exultavimus, & delectati sumus.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.
Erexit nobis Dominus cornu salutis,
in domo David pueri sui.

Preces quando dicuntur, habentur supra in Feria secunda. 49.

FERIA QUARTA

Ad Matutinum.

Invitatorium. In manu tua Domine, * Omnes fines terræ. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Rerum Creator optime,
ReCTORque noster, aspice:
Nos à quiete noxia
Mersos sopore libera.

Te, sancte Christe, poscimus,
Ignosce culpis omnibus:
Ad constituendum surgimus,
Morasque noctis rumpimus.

Mentes manusque tollimus,
Propheta sicut noctibus
Nobis gerendum præcipit,
Paulusque gestis censuit.

Vides malum, quod fecimus:
Occulta nostra pandimus:
Preces gementes fundimus:
Dimitte quod peccavimus.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

Antiphona. Avertit Dominus.
Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

Tempore Paschali, Antiphona.

tur iniquitatem, * qui devorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocaverunt: * illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent: * confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

Sunt dabit ex Sion salutare Israël? * cum converterit Deus captivitatem plebis sue, exultabit Jacob, & lætabitur Israël.

Psalmus 54.

Exaudi Domine orationem meam, & ne desperis deprecationem meam: * intende mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: * & conturbatus sum a voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates: * & in ira molèsti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: * & formido mortis cecidit super me.

Timor & tremor venerunt super me: * & contexerunt me tenebræ:

Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, * & volabo; & requiescam?

Ecce elongavi fugiens: * & mansi in solitudine.

Expectabam eum, qui salvum me fecit * à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

Præcipita Domine, divide linguas eorum: * quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.

Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas: * & labor in medio ejus, & injustitia.

Et non defecit de plateis ejus * usura, & dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, * sustinuissem utique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: * abscondissem me forsitan ab eo.

Tu

Tu verò homo unánimis : * dux meus, & notus meus :

Qui simul mecum dulces capiébas cibos : * in domo Dei ambulávimus cum consénsu.

Veniat mors super illos : * & descéndam in inférnum vivéntes :

Quóniam nequitiæ in habitaculis eórum : * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi : * & Dóminus lavábit me.

Vespere, & manè, & meridie nar-rábo & annuntiábo : * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his, qui appropinquánt mihi : * quóniam inter multos erant me-cum.

Exáudiet Deus, & humiliábit illos : * qui est ante sæcula.

Non enim est illis commutatio, & non timérumt Deum : * extendit manum suam in retribuendo.

Contamináverunt testaméntum eius, divisi sunt ab ira vultus ejus : * & appropinquávit cor illius.

Molliti sunt sermões ejus super óleum : * & ipsi sunt jácula.

Facta super Dóminum curam tuam, & ipse te emittit : * non dabit in aeternum fluctuatiónem justo.

Tu verò Deus deduces eos, * in puteum interitus.

Viri sanguinum, & dolosi non dimidiábunt dies suos : * ego autem sperábo in te Dómine.

Añs. Avértit Dóminus captivitátem plebis sue.

Añs. Quóniam.

Psalmus 55.

Miserere mei Deus, quóniam conculcávit me homo : * tota die impúgnans tribulávit me.

Conculcáverunt me inimici mei tota die : * quóniam multi bellántes advérsum me.

Ab altitudine diéi timébo : * ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermões meos, in Deo sperávi : * non timébo quid faciát mihi caro.

Tota die verba mea execrabántur : * advérsum me omnes cogitatiónes eórum, in malum.

Inhabitábunt, & abscondent : * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérumt ánimam meam pro nihilo salvos faciés illos : * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * posuisti lácrimas meas in conspéctu tuo,

Sicut & in promissióne tua : * tunc converténtur inimici mei retrórsim.

In quacúmque die invocávero te : * ecce cognóvi quóniam Deus meus est.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermómem : * in Deo sperávi, non timébo quid faciát mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, * que reddam, laudatiónes tibi.

Quóniam eripuisti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu : * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Psalmus 56.

Miserere mei Deus, miserere mei : * quóniam in te confidit ánimá mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec transeat iniquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum : * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cælo, & liberávit me : * dedit in oppróbrium conculcantes me.

Misit Deus misericórdiam suam, & veritátem suam, * & eripuit ánimam meam de médio catulórum leónum : dormívi conturbátus.

Filii hóminum dentes eórum arma & sagittæ : * & lingua eórum gládus acútus.

Exaltáre super cælos Deus : * & in omnem terram glória tua.

La-

Láqueum paráverunt pédibus meis : * & incurváverunt ánimam meam.

Foderunt ante faciem meam fóveam : * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo, & psal-mum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psalté-rium & cithara : * exúrgam dilículo.

Confitebor tibi in pópulis Dómi-ne : * & psal-mum dicam tibi in Géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * & usque ad nubes veritas tua.

Exaltáre super cælos Deus : * & super omnem terram glória tua.

Antiphona. Quóniam in te confidit ánimá mea.

Antiphona. Justa judicáte.

Psalmus 57.

Si verè útique justitiam loqui-mini : * recta judicáte filii hó-minum.

Etenim in corde iniquitates ope-rámini : * in terra injustitias manes vestræ concinnant.

Alienati sunt peccatóres à vulva, erráverunt ab útero : * locúti sunt falsa.

Furor illis secúndum similitúdi-nem serpéntis : * sicut aspídis surdæ, & obturántis aures suas,

Que non exáudiet vocem incantántium : * & venéfici incantántis sapienter.

Deus conteret dentes eórum in ore ipsórum : * molas leónum confrin-get Dóminus.

Ad nihilum devénient tamquam aqua decúrrens : * inténdit arcum suum donec infirméntur.

Sicut cera, que fluit, auferéntur : * supercécidit ignis, & non vidérunt solem.

Priusquam intelligerent spinæ ves-træ rhamnus : * super vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Lætábitur justus cum viderit vin-dictam : * manus suas lavábit in sanguine peccatóris.

Et dicet homo Si útique est fruc-tus justo : * útique est Deus júdicans eos in terra.

Psalmus 58.

Erripe me de inimicis meis Deus meus : * & ab insurgéntibus in me libera me.

Eripe me de operántibus iniqui-tátem : * & de viris sanguinum sal-va me.

Quia ecce péperunt ánimam meam : * irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque pec-cátum meum Dómine : * sine iniqui-táte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrsum meum, & vi-de : * & tu Dómine Deus virtútem, Deus Israël.

Inténde ad visitándas omnes Gen-tes : * non misereáris ómnibus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vespéram, & fa-mem patiéntur ut canes : * & circui-bunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, & glá-dius in lábiis eórum : * quóniam quis audivit ?

Et tu Dómine deridébis eos : * ad nihilum deduces omnes Gentes.

Fortitudinem meam ad te custó-diam, quia Deus suscéptor meus es : * Deus meus misericórdia ejus prævéniét me.

Deus osténdet mihi super inimicóos meos, ne occidas eos : * nequando obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua : * & depone eos prótector meus Dómine : Delictum oris eórum, sermómem labiórum ipsórum : * & comprehen-dántur in superbía sua.

Et deexecratióne & mendacio an-nuntiábuntur in consummatione : * in ira consummationis, & non erunt.

Et

Et scient quia Deus dominabitur Jacob: * & finium terrarum.

Convertentur ad vesperam, & famen patientur ut canes: * & circubunt civitates.

Ipsi dispergentur ad manducandum: * si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: * & exultabo manè misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, * & refugium meum, in die tribulationis meae.

Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus misericordia mea.

Añs. Justa iudicabit filii hominum.

Añs. Da nobis.

Psalmus 59.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos: * iratus es, & miseratus es nobis.

Commovisti terram, & conturbasti eam: * sana contritiones ejus, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: * potastis nos vino compunctionis.

Dedisti metuētibz te significationem: * ut fugiant a facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui: * salvum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo: * Letabor, & partibor Sichimam: & convallē tabernaculorum metibor.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: * & Ephraim fortitudo capitis mei.

Juda rex meus: * Moab olla spei meae.

In Idumaeam extendam calcamentum meum: * mihi alienigenae subditi sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? * quis deducet me usque in Idumaeam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos: * & non egrediēris Deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: * quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem: * & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Psalmus 60.

Exaudi Deus deprecationem meam: * intrēde orationi meae.

A finibus terrae ad te clamavi: * dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: * turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: * proteget in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: * dedisti hereditatem timētibz nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies: * annos ejus usque in diem generationis & generationis.

Permanet in aeternum in conspectu Dei: * misericordiam & veritatem ejus quis requireret?

Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum saeculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Añs. Da nobis Domine auxilium de tribulatione.

Añs. Nonne Deo.

Psalmus 61.

Nonne Deo subjecta erit anima mea: * ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, * susceptor meus, non movebor amplius.

Quousque irruitis in hominem? * interficitis universi vos: tamquam parieti inclinato & maceratae depulsa.

Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti: * ore suo benedicēbant, & corde suo maledicēbant.

Ve-

Verumtamen Deo subjecta esto anima mea: * quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, & salvator meus: * adjutor meus non emigrabo.

In Deo salutare meum, & gloria mea: * Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.

Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: * Deus adjutor noster in aeternum.

Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in statēris: * ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: * divitiae si affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo haec audivi, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: * quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

Psalmus 62.

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: * à multitudinem operantium in iniquitatem.

Quia exacerunt ut gladium linguas suas: * intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: * dixerunt: Quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: * defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum: * & infirmate sunt contra eos linguae eorum.

Conturbati sunt omnes qui viderunt eos: * & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: * & facta ejus intellexerunt.

Letabitur justus in Domino, & sperabit in eo, * & laudabuntur omnes recti corde.

Añs. Nonne Deo subjecta erit anima mea.

Añs. Benedicite.

Psalmus 65.

Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine! * in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: * terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibit pede: * ibi letabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi ejus super gentes respiciunt: * qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum: * & audiam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam: * & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: * igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem & aquam: * & eduxisti nos in refrigerium.

Introbo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

Et locutus est os meum, * in tribulatione mea.

Ho-

Holocæusta medullata offeram tibi cum incenso arietum: * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum: * quanta fecit anime mee.

Ad ipsum ore meo clamavi, * & exaltavi sub lingua mea. Iniquitatem istam aspexi in corde meo, * non exaudivit Dominus.

Propterea exaudivit Deus, * & attendit voci deprecationis mee.

Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam a me.

Psalmus 67.

Exorquet Deus, & dissipentur inimici ejus, * & fugiant qui odérunt eum, a facie ejus.

Sicut defecit fumus, deficiant: * sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et justi epulentur, & exultent in conspectu Dei: * & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nómini ejus: * iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, * turbabuntur a facie ejus, patris orphanórum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: * Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo:

Qui educit victos in fortitudine, * similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui, * cum pertransires in deserto:

Terra mota est, etenim coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, * a facie Dei Israël.

Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tue: * & infirmata est, tu verò perfecti es eam.

Animalia tua habitabunt in ea:

parasti indulcédine tua pauperi Deus, Dominus dabit verbum evangelizantibus, * virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: * & speciei domus dividere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros; penna columbe deargentata: * & posteriora dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, nive dealbabitur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: * ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: * etenim Dominus habitabit in finem.

Curus Dei decem millibus multiplex, milla lætantium: * Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: * accepisti dona in hominibus:

Etenim non credentes, * inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: * prorsperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendos: * & Domini Domini exitus mortis.

Veróntamen Deus confringet capita inimicórum suórum: * verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus: Ex Basan convertam, * convertam in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine: * lingua canum tuórum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, * ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.

Prævererunt principes conjuncti psallentibus, * in medio juvenulárum tympanistriarum.

In ecclésiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israël.

Ibi

Ibi Benjamin adolescéntulus, * in mentis excessu.

Principes Juda, duces eórum: * principes Zabuion, principes Néphthali.

Manda Deus virtuti tue: * confirmata hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jérusalem, * tibi offerent reges munera.

Increpa feras arúndinis, congregatio taurorum in vaccis populórum: * ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt venient legati ex Ægypto: * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantate Deo: * psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super celum coeli, * ad Orientem.

Ece dabit voci sue vocem virtutis, date glóriam Deo super Israël, * magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, * benedictus Deus.

Antiphona. Benedicite Gentes Deum nostrum.

Per Annum, *Y.* Deus vitam meam annuntiavi tibi. *R.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

In Adventu, *Y.* Egredietur Dominus de loco sancto suo. *R.* Veniet ut salvet populum suum.

In Quadragesima, *Y.* Scuto circumdabit te veritas ejus. *R.* Non timébis a timóre nocturno.

Tempore Passionis, *Y.* Ne perdas eum impiis Deus animam meam. *R.* Et cum viris sanguinum vitam meam.

Tempore Paschali. *Añe.* Alleluia, alleluia, alleluia. *Y.* Gavisus sunt discipuli, alleluia. *R.* Viso Domino, alleluia.

Para Hymnalis.

Pro uno, vel pluribus Martyribus tempore Paschali, *Y.* Lætitia sempiterna super capita eórum, alleluia. *R.* Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluia.

Pro uno Martyre extra tempus Paschale, *Y.* Magna est glória ejus in salutari tuo. *R.* Glóriam & magnum decorem impones super eum.

Pro pluribus Martyribus, *Y.* Justitiam autem in perpetuum vivent. *R.* Et apud Dominum est merces eórum.

Pro Confessore Pontifice, *Y.* Tu es sacerdos in ætérnum. *R.* Secundum ordinem Melchisedech.

Pro Confessore non Pontifice, *Y.* Lex Dei ejus in corde ipsius. *R.* Et non supplantabuntur gressus ejus.

Pro una Sancta, *Y.* Elégit eam Deus, & prælegit eam. *R.* In tabernaculo suo habitare facit eam.

A D L A U D E S,

Añe. Amplius lava me Domine ab injustitia mea. *Psalm.* Miserere. 47. Antiphona. Te decet.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddetur votum in Jérusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquórum prævalerunt super nos: * & impietatis nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: * inhabitabit in aëris tuis.

Replebitur in bonis domus tua: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris poster, * spes ómnium finium terræ, & in mari longè.

Preparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

E

Tur-

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: * exitus matutini & vespere delectabitur.

Visitasti terram & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei replerit est aquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est preparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica gemina ejus: * in stillicidiis ejus lactabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguent speciosa deserti: * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Antiphona. Te decet hymnus Deus in Sion.

Ans. Labia mea laudabunt te in vita mea, Deus meus. **Psalm.** Deus Deus meus * ad te. 13.

Antiphona. Dominus judicabit. **Canticum Ans.** 1. **Reg.** 2.

Exultavit cor meum in Domino, * & exaltatum est cornu meum in Deo meo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos: * quia latata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te, * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimitia, * gloriantes:

Recedat vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum, Dominus est: * & ipsi preparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locaverunt: * & famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos: * & quæ multos habebat filios, infirmata est.

Dominus mortificat & vivificat, * dedit ad inferos & rediit.

Dominus pauperem facit & ditat, * humiliat & sublevat.

Suscitat de pulvere egenum, * & de stercore elevat pauperem:

Ut sedeat cum principibus, * & solium gloriæ teneat.

Domini enim sunt cardines terræ, * & posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum servabit, & impii in tenebris conticescent: * quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt adversarii ejus: * & super ipsos in caelis tonabit:

Dominus judicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, * & sublimabit cornu Christi sui.

Antiphona. Dominus judicabit fines terræ.

Antiphona. Coeli caelorum laudate Deum. **Psalm.** Laudate Dominum de caelis. 16.

Capitulum. *Rom.* 13. d

Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus.

Hymnus.

Nox, & tenebræ, & nóbila, Confusa mundi, & turbida,

(Lux intrat, albescit polus, Christus venit) discédite.

Caligo terræ scinditur Percussa solis spiculo,

Rebusque jam color redit, Vultu nitentis sideris.

Te, Christe, solum novimus, Te mente pura & simplici,

Flendo & canendo, quæsumus, Intence nostris sensibus.

Sunt multa facis illita, Quæ luce purgéntur tuat:

Tu vera lux caeléstium Vultu sereno illumina.

Dex-

Deo Patri sit glória, Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito, Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

R. Repleti sumus manè misericordia tua. **R.** Exultavimus, & delectati sumus.

Ad Benedicium, Antiphona. De manu omnium qui oderunt nos, libera nos Domine.

Preces quando dicuntur, habentur supra in Feria secunda. 49.

FERIA QUINTA

Ad Matutinum. Invitatorium. Dominum, qui fecit nos, * Venite, adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Nox atra rerum contegit Terræ colores omnium:

Nos confitentes poscimus Te, juste iudex cordium;

Ut auferas piacula, Sordisque mentis abluas,

Donesque, Christe, gratiam, Ut arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia, Quam culpa mordet noxia,

Obscura gestit tollere, Et te, Redemptor, querere.

Repelle tu caliginem Intrinsicam quam maxime;

Ut in beato gaudeat Se collocari lumine.

Præsta, Pater piissime, Patrique compar Unice,

Cum Spiritu Paraclito Regnans per omne sæculum.

Amen. **Antiphona.** Domine Deus. **Tempore Paschali, Antiphona.** Alleluia.

Psalmus 68.

Salvum me fac Deus: * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundis: * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: * & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, rauce factæ sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: * quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam: * & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me * qui quaerunt te, Deus Israël.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tue comedit me: * & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operuit in jejuniò animam meam: * & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * & factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: * & in me psallent qui bibebant vinum.

Ego verò orationem meam ad te Domine: * tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me, * in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigat: * libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquarum, neque urgeat super me puteus os suum.

E 2

Exau-

Exaudi me Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua: * secúndum multitudinem miseratiónum tuarum respice in me.

Et ne avértas faciém tuam à pié-
ro tuo: * quóniam tribulor, velóci-
ter exaudi me.

Inténde animæ meæ, & libera eam: *
propter inimicos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, &
confusióne meam, * & reverén-
tiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui
tribulant me: * impropérium ex-
pectávit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristé-
runt, & non fuit: * & qui consolá-
rétur, & non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel: *
& in siti mea potavérunt me
acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in
láqueum, * & in retributiónes, &
in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vi-
deant: * & dorsum eórum semper
inécórva.

Effúnde super eos iram tuam: *
& furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitatio eórum desérta: * &
in tabernáculos eórum non sit qui
inhabit.

Quóniam quem tu percussisti,
persecúti sunt: * & super dolórem
vulnerum meórum addidérunt.

Appónne iniquitatem super iniqui-
tatem eórum: * & non intrent in
justitiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: * &
cum justis non scribántur.

Ego sum pauper & dolens: * salus
tua Deus suscepit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: *
& magnificábo eum in laude:

Et placébit Deo super vitulum no-
vellum: * cornua producéntem &
ángulas.

Videant páuperes & læténtur: *

quærite Deum, & vivet ánima ves-
tra:

Quóniam exaudivit páuperes Dó-
minus: * & victos suos non despéxit.
Laudent illum cœli & terra, * ma-
re, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam faciét Sion: *
& ædificábuntur civitatés Juda.

Et inhabitábunt tibi, * & hæredi-
tate acquirént eam.

Et semen servórum ejus possidebit
eam, * & qui diligunt nomen ejus,
habitábunt in ea.

Psalmus 69.

DEus in adjutórium meum in-
téndente: * Dómine ad adju-
vándum me festina.

Confundántur, & revereántur, *
qui quærunt animam meam:

Avértántur retrórsúm, & erubés-
cant, * qui volunt mihi mala:

Avértántur statim erubescéntes, *
qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exáltent & læténtur in te omnes
qui quærunt te, * & dicant semper:

Magnificétur Dóminus: qui dili-
gunt salutare tuum.

Ego verò egénus, & pauper sum: *
Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberátor meus
es tu: * Dómine ne moréris.

Antiphona. Dómine Deus in ad-
jutórium meum inténde.

Antiphona. Esto mihi.

Psalmus 70.

In te Dómine sperávi, non con-
fundár in æternum: * in justitia
tua libera me, & éripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * &
salva me.

Esto mihi in Deum protectórem,
& in locum munitum: * ut et sal-
vem me facias.

Quóniam firmaméntum meum, *
& refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu pec-
catoris, * & de manu contra legem
agéntis & iniqui:

Quó-

Quóniam tu es paciéntia mea Dó-
mine: * Dómine spes mea à juven-
tute mea.

In te confirmátus sum ex útero: *
de ventre matris meæ tu es protec-
tor meus:

In te cantatio mea semper: * tam-
quam prodígium factus sum multis:
& tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut can-
tem glóriam tuam: * tota die mag-
nitúdinem tuam.

Ne proicias me in tẽpore senec-
tãtis: * cùm defecérit virtus mea,
ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mi-
hi: * & qui custodiébant animam
meam, consilium fecérunt in
unum,

Dicéntes: Deus dereliquit eum,
persequimini, & comprehéndite
eum: * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongéris à me: * Deus
meus in auxilium meum respice.

Confundántur, & deficiant detra-
héntes animã meã: * operiántur
confusióne, & pudóre qui quærunt
mala mihi.

Ego autem semper sperábo: * &
adjiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justitiam
tuam: * tota die salutãre tuum.

Quóniam non cognóvi literatú-
ram, introibo in poténtias Dómi-
ni: * Dómine memorábor justitiã
tuã solius.

Deus docuisti me à juventute
meã: * & usque nunc pronuntiãbo
mirabilia tua.

Et usque ad senectãm & sèniũ: *
Deus ne derelinquas me.

Donec annántiem bráchiũ tuũ *
generatióni omni, quæ ventúra
est:

Poténtiam tuam, & justitiam tuam
Deus usque in altíssima, quæ fecisti
magnália: * Deus qui similis tibi?

Quántas ostendisti mihi tribula-
tiónes multas, & malas: & convér-
sus vivificásti me: * & de abyssis ter-
ræ iterũm reduxisti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam: *
& conversus consolátus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuam: * Deus psal-
mam tibi in cithara sanctus Israël.

Exultábunt labia mea cùm cantá-
vero tibi: * & ánima mea, quam
redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditá-
bitur justitiam tuam: * cùm confusi
& revértiti fuerint qui quærunt mala
mihi.

Psalmus 71.

DEus judicium tuum regi da: *
& justitiam tuam filii regis:

Judicãre pópulum tuum in justitia,
* & páuperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem pópulo: *
& colles justitiam.

Judicabit páuperes pópuli, & sal-
vos faciet filios pauperum: * & hu-
milliabit calumniátorem.

Et permanébit cum sole, & ante
lunam, * in generatióne & genera-
tióne.

Descéndet sicut plúvia in vellus: *
& sicut stillicidia stillántia super
terram.

Orietur in diébus ejus justitia, &
abundántia pacis: * donec auferã-
tur luna.

Et dominábitur à mari usque ad
mare, * & à flumine usque ad ter-
minos orbis terrárum.

Coram illo prædicent Æthiopes: *
& inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis & insula múnera
offerent: * reges Arabum, & Saba
dona addicent:

Et adorábunt eum omnes reges ter-
ræ: * omnes gentes servient ei:

Quia liberábit páuperem à potén-
te: * & páuperem, cui non erat ad-
jutor.

E 3

Par-

Parcet pauperi & inopi : * & animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum : * & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabit de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus : * & florebut de civitate sicut fenem terra.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israël, * qui facit mirabilia solus :

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : * & replebitur majestatis ejus omnis terra : fiat, fiat.

Antiphona. Esto mihi Domine in Deum protectorem.

Antiphona. Liberasti virgam.

Psalmus 72.

Quam bonus Israël Deus * his, qui recto sunt corde !

Mei autem penè moti sunt pedes : * penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, * pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus mortis eorum : * & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt, * & cum hominibus non flagellabuntur :

Ideo tenuit eos superbia, * operati sunt iniquitate & impietate sua.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam : * iniquitatem in excelsio locuti sunt.

Posuerunt in cœlum os suum : * & lingua eorum transivit in terra.

Idèò convertetur populus meus hic : * & dies pleni inveniuntur in eis.

Et dixerunt : Quomodo scit Deus, * & si est scientia in excelsio ?

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, * obtinuerunt divitias.

Et dixi : Ergo sine causa justificavi cor meum, * & lavi inter innocentes manus meas :

Et fui flagellatus tota die, * & castigatio mea in matutinis.

Si dicebam : Narrabo sic : * ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

Existimabam ut cognoscerem hoc, * labor est ante me :

Donec intrem in sanctuarium Dei : * & intelligam in novissimis eorum.

Verumtamen propter dolos posuisti eis : * deieci eos dum allevarerunt.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt : * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt : * & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut iumentum factus sum apud te : * & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deducisti me, * & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœlo ? * & à te quid volui super terram ?

Defecit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus æternum.

Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt : * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adherere Deo bonum est : * ponere in Domino Deo spem meam.

Ut

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem : * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ ?

Memor esto congregationis tuæ : * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ, * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem : * quanta malignatus est inimicus in sancto ?

Et gloriati sunt qui oderunt te : * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua : signa : * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in sylvâ lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum : * in securi, & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum : * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : * Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est propheta : * & nos non cognoscet amplius.

Usquequò Deus impropèrabit inimicus : * irritat adversarius nomen tuum in finem ?

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem.

Deus autem Rex noster ante sæcula : * operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare : * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis : * dedisti eum escam populis Athiopum.

Tu dirupisti fontes, & torréntes : * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox : * tu fabricatus es aurorum & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ : * assistentem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus impropèravit Domino : * & populus insipientis incitavit nomen tuum.

Ne tradas bestias animas confidentes tibi, * & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Rèspice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne avértatur humilis factus confusus : * pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, júdica causam tuam : * memor esto impropèrium tuorum, eorum quæ ab insipientè sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum : * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Antiphona. Liberasti virgam hereditatis tuæ.

Antiphona. Et invocabimus.

Psalmus 74.

Confitebimur tibi Deus : * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua : * cum accèpero tempus, ego justitias judicabo.

Liquèfacta est terra, & omnes qui habitant in ea : * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniqui : Nolite iniquè agere : * & delinquentibus : Nolite exaltare cornu.

Nolite exollere in altum cornu vestrum : * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desértis montibus : * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat : * quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

E 4

Et

Et inclinavit ex hoc in hoc: veritatem fax ejus non est exinacta: * bibent omnes peccatores terrae.

Ego autem annuntiabo in saeculum: * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: * & exaltabuntur cornua justii.

Psalmus 75.

Notus in Judaea Deus: * in Israel magnum nomen ejus: Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confrigit potentias arcuum, * scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus aeternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De caelo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit & quievit.

Cum exurgeret in iudicium Deus, * ut salvos facere omnes mansuetos terrae.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & redite Domino Deo vestro: * omnes qui in circuitu ejus offerunt munera.

Terribili & ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terra.

Antiphona. Et invocabimus nomen tuum Domine.

Antiphona. Tu es Deus.

Psalmus 76.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meae Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: * & non sum decipsum.

Reverti consolari animam meam, * memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigiliis oculi mei: * turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: * & annos aeternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * & exercitabar, & scorcebam spiritum meum.

Numquid in aeternum projiciet Deus: * ut non apponet ut complaceatior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscondet, * a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus: * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi Nunc coepi: * haec mutatio dexterae Excelsi.

Memor fui operum Domini: * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,

Et meditabor in omnibus operibus tuis: * & in adinventioibus tuis exercabor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populus virtutem tuam: * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae: * & timuerunt, & turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittae tuae transeunt: * vox tonitru tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae: * commota est & contremuit terra.

In

In mari via tua, & semitae tuae in aquis multis: * & vestigia tua non cognoscuntur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, * in manu Moysi & Aaron.

Psalmus 77.

Atendite popule meus legem meam: * inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: * loquar propositiones ab initio.

Quanta audivimus & cognovimus ea: * & patres nostri narraverunt nobis.

Non sunt occultata à filiis eorum, * in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, * & mirabilia ejus quae cecit.

Et suscitavit testimonium in Jacob: * & legem posuit in Israel.

Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis: * ut cognoscant generatione altera.

Filii qui nascuntur, & exurgent, * & narrabunt filiis suis,

Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operum Dei: * & mandata ejus exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum: * generatio prava & exasperans.

Generatio, quae non direxit cor suum: * & non est creditus cum Deo spiritus ejus.

Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: * conversi sunt in die belli.

Non custodiierunt testamentum Dei: * & in lege ejus noluerunt ambulare.

Et oblitii sunt benefactorum ejus, * & mirabilium ejus quae ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, * in campo Taneeos.

Interripit mare, & perduxit eos: * & statuit aquas quasi in utre.

Et deduxit eos in nube diei: * & tota nocte in illuminatione ignis.

Interripit petram in eremo: * & adaquavit eos velut in abyso multa.

Et eduxit aquam de petra: * & deduxit tanquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccata ei: * in iram excitaverunt Excelsus in iniquos.

Et tentaverunt Deum in cordibus suis: * ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de Deo: * dixerunt: Numquid poterit Deus parere mensam in deserto?

Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquae, * & torrentes inundaverunt.

Numquid & panem poterit dare, * aut parare mensam populo suo?

Idem audivit Dominus, & distulit: * & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel:

Quia non crediderunt in Deo, * nec speraverunt in salutari ejus:

Et mandavit nubibus desuper, * & januas caeli aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum, * & panem caeli dedit eis.

Panem Angelorum manducavit homo: * cibaria misit eis in abundantia.

Transtulit Austrum de caelo: * & induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes: * & sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum: * circa tabernacula eorum.

Et manducaverunt & saturati sunt eis: * non sunt fraudati à desiderio suo.

Adhuc escae eorum erant in ore ipsorum: * & ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum, * & electos Israel impedivit.

In

In omnibus his peccaverunt ad huc: * & non crediderunt in mirabilibus ejus.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: * & anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos, quærebant eum: * & revertébantur, & diluculo veniebant ad eum.

Et memorati sunt quia Deus adjutor est eorum: * & Deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo, * & lingua sua mentiti sunt ei:

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: * nec fideles habiti sunt in testamento ejus.

Ipsæ autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: * & non disperdet eos.

Et abundavit ut avërteret iram suam: * & non accendit omnem iram suam:

Et recordatus est quia caro sunt: * spiritus vadens, & non rediens.

Quoties exacerbaverunt eum in deserto, * in iram concitaverunt eum in inagnos?

Et conversi sunt, & tentaverunt Deum: * & sanctum Israël exacerbaverunt.

Non sunt recordati manus ejus, * quæ qua redemit eos de manu tribulantis,

Sicut posuit in Ægypto signa sua, * & prodigia sua in campo Thænos.

Et convertit in sanguinem flumina eorum, * & imbres eorum, ne biberent.

Misit in eos conomyiam, & comedit eos: * & ranam, & disperdidit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum: * & labores eorum locustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum: * & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini jumentata eorum: * & possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ: * indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, non perperit à morte animabus eorum: * & jumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: * primitias omnium laboris eorum in tabernaculis Cham.

Et abstulit sicut oves populum suum: * & perduxit eos tamquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: * & inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, * montem, quem acquisivit dextera ejus.

Et eiecit à facie eorum Gentes: * & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum * tribus Israël.

Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum: * & testimonia ejus non custodièrunt.

Et avèrterunt se, & non servaverunt pactum: * quemadmodum patres eorum, conversi sunt in arcum pravum.

In iram concitaverunt eum in collibus suis: * & in sculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt.

Audivit Deus, & sprevit: * & ad nihilum redègit valde Israël.

Et repulit tabernaculum Silo, * tabernaculum suum, ubi habitabit in hominibus.

Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: * & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum: * & hereditatem suam sprevit.

Juvenes eorum comedit ignis: * & virgines eorum non sunt lamentata.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: * & viduæ eorum non plorabântur.

Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, * tamquam potens crapulatus à vino.

Et percussit inimicos suos in posteriori: * opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Joseph: * & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Juda, * montem Sion quem dilexit.

Et edificavit sicut unicorinium sanctificum suum in terra, * quam fundavit in secula.

Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium: * de post fetantes accepit eum,

Pascere Jacob servum suum, * & Israël hereditatem suam:

Et pavit eos in innocentia cordis sui: * & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Antiphona. Tu es Deus, qui facis mirabilia.

Antiphona. Propitius esto.

Psalmus 78.

Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: * posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cæli: * carnes sanctorum tuorum bestis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem: * & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: * subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequò Dòmine irascèris in finem: * accendètur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non novèrunt: * & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Jacob: * & locum ejus desolaverunt:

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipet nos misericordia tua: * quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Dòmine libera nos: * & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:

Ne forte dicant in Gèntibus: Ubi est Deus eorum? * & innotescat in nationibus coram oculis nostris,

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: * intròrat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundùm magnitudinem brachii tui, * posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: * improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Dòmine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, * confitebimur tibi in seculum:

In generationem & generationem * annuntiabimus laudem tuam.

Psalmus 79.

Qui regis Israël, intènder: * qui deducis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chèrùbin, * manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni, * ut salvos facias nos.

Deus convertè nos: * & ostènde faciem tuam, & salvi èrimus.

Dòmine Deus virtutum, * quousque irascèris super orationem servum tui?

Cibabis nos pane lacrymarum: * &

& potum dabis nobis in lacrymis in mensura?

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: * & inimici nostri subsannaverunt nos.

Deus virtutum converte nos: * & ostende faciem tuam, & salvum erimus.

Vineam de Aegypto transtulisti: * eiecisti Gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu ejus: * plantasti radices ejus, & implevit terram.

Operuit montes umbra ejus: * & arbusta ejus cedros Dei.

Extendit palmites suos usque ad mare: * & usque ad flumen propadiginis ejus.

Ut quid dextruxisti maceriam ejus: * & vindemiant eam omnes qui praeteregreuntur viam?

Exterminavit eam aper de sylva: * & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum converterte: * respice de caelo, & vide, & visita vineam istam.

Et perforce eam, quam plantavit dextera tua: * & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexterae tuae: * & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Et non discidemus a te, vivificabis nos: * & nomen tuum invocabimus.

Domine Deus virtutum converte nos: * & ostende faciem tuam, & salvum erimus.

Antiphona. Propitius esto peccatis nostris Domine.

Per Annum, V. Gauderunt labia mea, cum cantavero tibi. R. Et anima mea, quam redemisti.

In Adventu, V. Ex Sion species decoris ejus. R. Deus noster manifeste veniet.

In Quadragesima, V. Ipse liberavit me de laqueo venantium.

R. Et a verbo aspero.

Tempore Passionis, V. Erue à framae Deus animam meam.

R. Et de manu canis unicum meam.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. V. Surrexit Dominus de sepulchro, alleluia. R. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

Pro uno, vel pluribus Martyribus tempore Paschali, V. Sancti & justi in Domino gaudent, alleluia. R. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.

Pro uno Martyre extra tempus Paschali, V. Gloria & honore coronasti eum Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Pro pluribus Martyribus, V. Laetamini in Domino, & exultate justi.

R. Et gloriamini omnes recti corde.

Pro Confessore Pontifice, & non Pontifice, V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. R. Stola gloriae induit eum.

Pro una Sancta, V. Specie tua & pulchritudine tua. R. Intende, prospere procede, & regna.

AD LAUDES,

Antiphona. Tibi soli peccavi, Domine, miserere mei.

Psalms. Miserere mei Deus. 47.

Antiphona. Domine. Psalms 89. Domine, refugium factus es nobis: * à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formarètur terra, & orbis: * à saeculo & usque in saeculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem: * & dixisti: Convertimini filii hominum.

Quo-

Quoniam mille anni ante oculos tuos, * tamquam dies hesternae, quae praeteriit.

Et custodia in nocte, * quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat: * vesperè decedat, induret, & arcescat.

Quia defecimus in ira tua, * & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: * saeculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: * & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentibus octoginta anni: * & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo: * & corripimur.

Quis novit potestatem irae tuae: * & prae timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: * & eruditos corde in sapientia.

Converterte Domine usquequò? * & deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: * & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: * annis, quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos, & in opera tua: * & dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: * & opus manuum nostrarum dirige.

Antiphona. Domine refugium factus es nobis.

Antiphona. In matutinis medita-

bor in te. Psalmus. Deus Deus meus. 15.

Antiphona. Cantemus.

Canticum Moysi. Exodi 15. Cantemus Domino: * gloriose enim magnificatus est, * equum & ascensorem dejecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Domini, * & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, & glorificabo eum: * Deus Patris mei, & exaltabo eum.

Domini quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus. * Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare:

Electi principes ejus submersi sunt in Mari rubro. * Abissi opererunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum. * Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos:

Misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae:

Stetit unda fluens, * congregatae sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, * dividam spolia, implebitur anima mea:

Evaginabo gladium meum: * interficiet eos manus mea:

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare: * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? * quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:

Rt

Et portásti eum in fortitudine tua,*
ad habitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi, & irati sunt:*
dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt principes
Edom, robustos Moab obtinuit tremor:*
obligauerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor,*
in magnitudine brachii tui:

Fiant immobiles quasi lapis, donec
pertranseat populus tuus Domine,*
donec pertranseat populus tuus iste,
quem possidisti.

Introduces eos, & plantabis in monte
hereditatis tue,* firmissimo habitaculo tuo
quod operatus es Domine:

Sanctuarium tuum Domine, quod
firmaverunt manus tue.* Dominus regnabit
in aeternum & ultra.

Ingressus est enim egus Pharao cum
curribus & equitibus ejus in mare:*
& rediit super eos Dominus aquas maris:

Filii autem Israel ambulaverunt
per siccam* in medio ejus.

Antiphona. Cantemus Domino glorióse.

Antiphona. In sanctis ejus laudate Deum. **Psalmus.** Laudate Dominum de caelis. 16.

Capitulum. Rom. 13. 6

Nox praecessit, dies autem appropinquavit.
Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur
arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

Hymnus.

Lux ecce surgit aurea:
Pallens facessat caecitas,
Quae nosmet in praecipis diu
Errare traxit devio.

Haec lux serenum conferat,
Purosque nos praestet sibi:
Nihil loquamur subdolum:
Volvamus obscurum nihil.

Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne saeculum.
Amen.

V. Repleti sumus mane misericordia tua. **R.** Exultavimus, & delectati sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.
In sanctitate serviamus Domino, &
liberabit nos ab inimicis nostris.

Preces, quando dicenda, sunt habentur supra in secunda Feria. 49.

FERIA SEXTA

Ad Matutinum.

Invitorium. Adoremus Dominum,*
Quoniam ipse fecit nos.
Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Tu Trinitatis Unitas,
Orbem potenter quae regis,
Attende laudis canticum,
Quod excubantes psallimus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Ut flagitemus omnium
A te medellam vulnerum.

Quo fraude quidquid daemonum
In noctibus aeliquimus,
Abstergat illud caelitus
Tuae potestas gloria.

Ne corpus adstet sordidum,
Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

Ob hoc, Redemptor, quaesumus,
Reple tuo nos lumine,
Per quod diernum circulis,
Nullis ruamus actibus.

Pras-

Praesta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne saeculum.
Amen.
Antiphona. Exultate.
Tempore Paschali, Antiphona.
Alleluia.

Psalmus 90.
Exultate Deo adjutori nostro:*
jubilate Deo Jacob.
Sumite psalmum, & date tympanum:*
psalterium jucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba,*
in insigni die solemnitatis vestrae:
Quia praecipuum in Israel est,*
& iudicium Deo Jacob.

Testimonium in Joseph posuit illud,
cum exiret de terra Aegypti:*
linguam, quam non noverat, audivit.

Diverit ab oneribus dorsum ejus:*
manus ejus in cophino servierunt.
In tribulatione invocasti me, & liberavi te:*
exaudivi te in abscondito tempestatibus:
probari te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, & contestabor te:*
Israel si audieris me, & non erit in te Deus recens,
neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus,
qui eduxi te de terra Aegypti:*
dilatata os tuum, & implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam:*
& Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum,*
ibunt in adventionibus suis.

Si populus meus audisset me:*
Israel si in viis meis ambulasset:
Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem,*
& super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentis sunt ei:*
& erit tempus eorum in saecula.

Et cibavit eos ex adipe frumenti:*
& de petra, melle saturavit eos.

Psalmus 81.
Deus stetit in synagoga deorum:*
& in medio autem deos diducit.

Usquequod judicatis iniquitatem:*
& facies peccatorum sumitis?
Judicatis egno, & pupillo:*
hummile, & pauperem justificatis.

Eripite pauperem:*
& egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neque intellexerunt,
in tenebris ambulans:*
movebuntur omnia fundamenta terrae.

Ego dixi: Dii estis,*
& filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini:*
& sicut unus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terram:*
quoniam tu haereditabis in omnibus Gentibus.

Antiphona. Exultate Deo adjutori nostro.
Antiphona. Tu solus.

Psalmus 82.
Deus, quis similis erit tibi? *
Ne timeas, neque compescaris Deus:

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt:*
& tunc qui occurrunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignaverunt consilium:*
& cogitaverunt adversus sanctos tuos.

Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente:*
& non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitaverunt unanimiter:*
simul adversum te testamentum disposuerunt,
tabernacula Idumaeorum & Ismahelite:

Moab, & Agarani, Gebal, & Ammon, & Amalec,*
& super tribulantes eos misissem manum meam.

Etenim Assur venit cum illis:*
facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Fac